7545

FROM
THE LIBRARY
OF
SIR WILLIAM OSLER, Bart.
OXFORD

NA.1
~~NN.2.31.~~

7545. In Latin, on parchment: written in 1696 at Padua: $9\frac{3}{4} \times 7\frac{1}{4}$ in., 6 leaves: with two full-page illuminations, borders, &c.: in contemporary morocco binding tooled in gold; with seal in morocco leather box, similarly tooled, attached by silk cord.

Diploma of the University of Padua, conferring upon Angelus de Blanchis of Assisi the degree of doctor of laws, 21 July, 1696; subscribed by Vincentius, Bishop of Famagusta, suffragan and vicar general of the Bishop of Padua, Cardinal Barbadici, whose seal is attached.

7545

IN CHRISTI NOMINE AMEN.

VNIVERSIS, & ſingu-
lis præsens hoc publicum Doctora
tus Priuilegium uiſuris, lecturis, seu
legi audituris; Nos Vincentius Bo
nifacius Epūs Famaguſtanus,
& in Episcopatu Paduę Em; & Rmi D. Dñi
GREGORY Miseratione Diuina Titu
li S. Mar. S. Romanę Eccle. Presbyteri
Cardinalis BARBADICI, DEI, &
Apoſtolicę Sedis gratiâ Episcopi Patauini Co
mitiſque Saccensis, nec non Generalis Pri-
uilegiati Antiquiſſimi, ac Celeberrmi Archigymna
sij Patauini, Apoſtolici Cancellarij Digniſſimi
Suffraganeus, locum Tenens, & Vicarius
in Spiritualib; ac Temporalib; Generalis,
Salutem in EO, qui eſt omnium uera Salus.
APVD antiquam, et præclaram Vrbem Pata
uinam, quæ ueluti omnium ſcientiarum
Alumna per Italiam Vniuersam, Inclyta

Clariſsimor. Doctorum Auctoritas, atq. Peritia Sydereis Virtutum omni
um ſplendoribus obtinet Principatum, illos dumtaxat ad ſummum Do
ctoratus gradum, quo cæteris hominum generib; præferuntur, poſt diu
turnos labores, atq. uigilias proſilire contingit; qui examinis rigoro:
ſi, dubio in certamine probati, apud Vniuersos Mundi Principes conſu
lendo, Vrbes, ac Nationes Iuris auctoritate regendo, Reſq. publicas guber
nando, ſingulari honore, & Priuilegio digni recte poſsint à Cunctis
merito iudicari; Quatenus eorum exemplo poſteri ad capeſſendā
Virtutem, ac ſummę probitatis, & laudis decus honore, ac gloria ac
cenderentur. Significamus itaq. Vobis, & har. serie fidem facim.
& atteſtamur, quod die infraſcripta datar. præſentium Nos Vica
rius antedict. auctoritate præfati Eminentiſsimi, & R.mi DD.
Epiſcopi Paduæ, ex ſua Pontificali dignitate competente, tam
ex antiqua, & approbata conſuetudine Studij Patauini, quam uigo
re Priuilegiorum Fælicis recordationis Sanctiſsimorum Domino
rum Vrbani IV, Clementis VI, & Eugenij IV. Summorum
Pontificum, qua fungimur in hac parte sub Regimine Illuſtris
simi, & Generoſiſsimi D. D. CHRISTIANI LANGERMA
NI Nob. Hamburgensis I. N. G. Iuridicę Facultatis cons.
Nec non P. Synd. Meritiſsimi Almæ Uniuersitatis D. D. Iuris
tarum Celeberrimi Archigymnasij Patauini, per Venerandum
Collegium Excellentiſsimor. Iuris Vtriusq. Doctor. eiuſdem Archi=
gymnasij Studiosissimum Dominum ANGELVM DE
BLANCHIS Asiſiensem Dni IOANNIS Filium, Qui
poſt longa deniq. ſtudia & uigilias, uariaq. eius probitatis ac eru
ditionis documenta ac uberrima teſtimonia, fidem Catholicam,
uerbis iuxta Bullæ Bonę memoriæ PY. Papæ IV, tenorem conceptis
palam, & ſolemniter coram Nobis profeſſus eſt, a Promotorib; ſuis
adductū, & Nobis oblatum ad ſubeundū ſuum rigorosum examen
punctisq. Ei in Vtro. Iure externa die {ut moris eſt} aſsignatis di
ligenter, et acriter examinandum coram Nobis, atq. excutiendū
curauim.; Qui locis perſequendis, argumentis tractandis, queſtio
nib; clare ſoluendis, in omni deniq. periclitatione ſui tā egregie,
prudenter, docte, honorifice, laudabiliter, excellenter, Magiſtrali
ter, & Doctoreo more se geſsit, talemq., ac tantam, ingenij, memo
riæ Doctrinę, cæterarūq. rerū {quæ in conſummatiſsimo Iuris Vtr.
Doctore deſiderari ſolent} uim oſtendit, ut magnam ſui expecta
tionem, quam apud omnes concitauerat non ſolum ſuſtinuerit
sed etiam longiſsime ſuperauerit, & ob eam rem ab omnib; Excel
lentiſs.mi

lentiſs.mi dicti Sacri Collegij Doctoribus ibidem continuò exiſtentib;
VNANIMITER, & Concorditer, Cunctiſq. Suffragijs, Ac
Eorum Nemine Penit. atq. Penitus Penituſq. Diſcrepante
Aut Diſſentiente nèc Hæsitante Quidem, Idoneus, ac ſufficie
tiſsimus in Utroq. Iure fuerit iudicat. ac meritò quidem approbat.
sicut ex Eorum omnium Votis ſecreto in ſcrutinio Nobis porrectis
euidenter conſtitit. Nos itaq. antiquam ſequentes conſuetudi
nem, ac Priuilegior. ſententiam, Patauini Archigymnaſij habita ra
tione ſcientie, dicendi facultatis, methodi interpretandi mor. ac
Virtutum; quorum omnium certiſsimum ſpecimen explorat. & per
tentat. deditq; de conſilio & ſententia omnium Excellentiſsimor. pre
nominati Sacri Collegij Doctorum, præſentium, ac poſtulantiū pro
tribunali ſedentium eundem, Studioſiſſ. D. ANGELVM DE
Blanchis Virum quidem doctiſsimum, atq. ita uniuersis Naturæ do
tib; ornatum, ut nihil amplius in EO, deſiderari poſsit, in DEI No
mine approbauimus, & approbatum eſse uolumus, pronuntiantes &
declarantes eum eſse optimè habilem, idoneum, ac dignum munere
dignitate, officio, & honore Doctorat. in Utr. Iure, Ipſumq. continuò
Vtriuſq. Iuris Doctorem fecim. ſolemniter, & creauim. ac per præſen
tes facim. & creamus, tribuentes, ei tanquam uerè idoneo, & opti
mè digno, et hac promotione digniſſimo poteſtatem & auctoritatem Ca
thedram Magiſtralem aſcendendi, atq. inſignia Doctorat. à Promotorib;
ſuis petendi, et recipiendi, ipsisq. Promotorib; ea illi impertiendi ac
præterea eidem plenam in Domino concedentes facultatem ut de cę
tero libere poſsit hic, & ubique, in toto terrarum Orbe priuatim atq.
publice in Canonica, & Ciuili Sapientia legere, repetere conſulere,
docere, diſputare, gloſsare, practicare interpretari, queſtiones termi
nare scholas regere, Baccalaureos conſtituere, omnibusq. & ſingulis,
uti frui, et gaudere priuilegijs, prærogatiuis exemptionib; immuni
tatib; libertatib; conceſsionib; honorib; fauorib; gratijs ac indultis
alijs quibuscūq. quocunq. nomine cenſeantur; Quibus Romane Cu
riæ, Pariſienſis, Salmaticenſis, Papienſis, Bononienſis, atq. reliquor.
omnium Studiorum Doctores, et Magiſtri, ex quibuscunq. Apoſtolicis
& Imperialib; ſeu alijs Eccleſiaſticis uel temporalib; Conceſsionibus
aut indultis alijs, gaudent, & utuntur, uti & gaudere poſsunt, ac pote=
runt, quomodolibet in futurum iuxta formam continentem uim ac
ſententiam Priuilegior. Apoſtolicor. à memoratis olim ſummis Ponti
ficib; huic Inclyto Stud. Almoq; Patauino Collegio abſolute conceſso
rum; Quibus ita geſtis, ac declaratis (ut ſupra) Præclariſsimus, &

Excellentiss.

Excellſ.^mi I.V.D. D.nus Toldus Bellini Conſtantini Patau.s ad Lectur.
Authenticor.: Publicus Profeſſor Promotor eius in Vtroq. Iure
pro se, atq. Præclariſſ.mis & Excellſ.mis Iuris Conſultis Videlicet, D. Joanne
Baptiſta Rainis Veneto ad Lect. Iuris Cæsarei de sero in p.o lo
co, D. Antonio Vaira Abb. Veneto ad Lect. Iur. Canon. in p.o lo
co, D. Io. Baptiſta Ceſſis Bergomens. ad Lect. Inſtitutio. in p.o
loco, D. Com. Ioanne Baptiſta Dottorio Pat.o ad Lect. de Re
gulis Iuris D. Ludouico Iustachino Patauino ad Lect. Artis
Notarię Deputatis, memoratum Virum, per ſuam luculentiſſimam
orationem petentem, & acceptantem, conſuetis inſignib. ac ornamen
tis Doctoralib. ibidem decorauit ſolemniter, & publice Inſigniuit;
Tribuitq. eidem Iuris Vtr. Libros, pr.o clausos mox et apertos, Anulumq.
aureum digito ipsius indidit, ac Biretum Doctorale { pro laurea }
Corona } capiti eius impoſuit, paciſq. oſculum eidem exhibuit cum Ma
giſtrali benedictione. Sic itaq. ſumma cum laude ac honore ingēti
præfat. Studioſiſſim. & Excellſ.mi D. ANGELVS DE BLAN=
CHIS ad ſummum apicem Doctorat. Iuris Vtriusq. { DEO Fauēte } perue
nit. In quorum omnium & ſingulor. ſuprascriptor. fidem, ac teſtimoniū
has noſtras patentes Priuilegij litteras manu Noſtra subscriptas, et per Cā
cellarium Ep̄alem ſubscribi, ac præfati Em: & Reuer.mi D.D. Episcopi Si=
gilli iuſſimus appenſione muniri. Actum, et datum Patauij in Ep̄ali
Palatio in loco solito examinum. Anno a CHRISTI Nat. MDCL
XXXXVI Die uero Sabbati XXI Menſis Iulij Pontificat. autem
Sanctiſſimi in CHRISTO Patris D.N.D. INNOCENTY Diuina Prouidē
tia Pape XII Anno VI. Præſentibus Per Ill. Ad. Reuer. D. Ludouico
Florino Pat.o & Per Ill. Ad. R.do & Excellſ.mo D. Io. Maria Conti
Pat.o J.V.D., & alijs Teſtibus ad præmiſſa uocatis, & rogatis. L.D.O.M.

V: [illegible]

Joannes Bertazzi Not. Epi. m.

6 (ult)

Diploma of

THE UNIVERSITY OF PADUA

conferring on

ANGELUS DE BLANCHIS OF ASSISI

the degree of Doctor of Laws, July 21, 1696, with typical gold-tooled cover and seal-case.